BARTHOLOMAEI BERTAZOLII FERRARIENSIS,

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI, ET SERENISSIMORVM quondam Ferrariæ Ducum ſecretioris Conſiliarii, Patroni Cauſarum famoſiſſimi,

TRACTATVS CLAVSVLARVM INSTRVMENTALIVM.

In quo, præter ea quæ ad litium integram diſcuſſionem, & Cauſidicorum faciliorem pariter inſtructionem neceſſario requiri videntur, accurate omnia etiam difficilium quaſi Legum ænigmata paſſim enodata reperiuntur.

Opus profecto cunctis Iurium alumnis vt vtile, sic & Aduocatis ac potiſſimum Tabellionibus publicis ſumme proficuum, quotidianaq; praxi eorundem forenſi gnauiter exercenda maxime neceſſarium.

CVI AD EXTREMVM EIVSDEM AVCTORIS elegans admodum Repetitio adnexa eſt L. *Si quis maior, C. de Tranſactionibus.*

Nunc primum characterum varietate diſtinctis allegationibus ornatius & correctius in Germania prodit.

Indice rerum memoria dignarum, vt copioſiſſimo, ita & ſerie Alphabetica ordinate digeſto, accedente.

Cum gratia & priuilegio.

FRANCOFORTI

Apud Ioannem Saurium, Impenſis Nicolai Baſſæi. 1591.

AD LECTOREM.

CVM præſens hic Tractatus nuper primum in manus doctorum virorum perueniret, præterquam quod σφάλματα quæ paſſim per incuriam operariorum irrepſerūt, etiam opus ipſum quod grandioribus typis eſſet impreſſum, cum id minutioribus multo commodius potuiſſet fieri nauſeabant. Proinde a me obnixe petierunt, vt in gratiam reipublicæ literariæ præſens hoc opus minutioribus typis atq; in forma minori, eaq; commodiori, curarem imprimi. Quo etiam officio me rempublicam literariā inſigniter deuincturum aſſeuerabant. Ego itaq; qui rei literariæ quouis modo promouendæ ſemper fui ſtudioſiſſimus, æquis ipſorum petitionibus facile locum conceſſi, præſertim cum & ipſe non parum emolumenti exinde ipſis redundaturū perſpicerem. Hoc ergo opus, benigne lector, quod in tui gratiam hac forma imprimi curaui, a me accipe eo animo, quo in te iuuando

TRACTATVS CLAVSVLARVM ARTIS NOTARIÆ EXCELLENTISSIMI I. C. D.

Bartholomæi Bertazolii, in vtroq; foro conſummatiſſimi, Aduocati celeberrimi, & integerrimi, & Sereniſſimi Ducis Ferrariæ Conſiliarii.

S V M M A R I A.

1 *Notarii qui in inſtrumentis apponunt clauſulas, quas non intelligunt, ſunt ſicut pica & pſittacus gallus, ſtantes in Palatio Dominorum loquentes ſine intellectu.*

Quod tamen de Notariis Villarum & Oppidorum intellexit Crotus.

Notarii ſunt ſimiles Cantoribus bene cantantibus per practicam, ſed non per rationem.

Notarius non tenetur eſſe Doctor.

Nec accurate ſcire iura.

Licet contrarium ſenſerit gloſſ.

Notarius tenetur ſcire ea quæ deſcribuntur in Summa Notaria, & aliis libris ad Officium ſuum pertinentibus.

Notarius per negligentiam vel imperitiam errans tenetur ad intereſſe parti læſæ.

Nec excuſatur ratione minoris ætatis.

Notarii ſæpe errantes ob imperitiam, & vim verborum neſcientes magna afferunt damna.

Impreſſum Francofurti ad Mœ-
num, ſumptibus Nicolai
Baſſæi.

M. D. IC.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA